

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vita humana presens ab
cum fonte primo

Dum differtur uita transcurrit.
Omnia, mi Lucili, aliena sunt; tempus
tantum nostrum est. In huius
rei fugacis et lubricae
possessionem natura nos misit.

Seneca in epistola.

Dum differtur vita transcurrit.
Omnia, Lucili, aliena sunt, tempus
tantum nostrum est; in huius
rei unius fugacis ac lubricae
possessionem natura nos misit,
ex qua expellit quicumque vult.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 1, 3 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.1, ll.19-22).